



Universitätsbibliothek Paderborn

**Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum
Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ
Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita**

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus De Virtutibus Moralibus, De Justitia Et Jure Et De
Contractibus

Antoine, Paul-Gabriel

Ingolstadii, MDCCXXXIII.

VD18 90392159

Q. 5. An promissio facta ob causam turpem, seu opus illicitum obligat?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40993

tam stricta quam promissio onerosa: nam illa dat solum jus rem promissam petendi, & conquerendi de violata fide data; & obligatio ab illa orta pendet à sola promittentis voluntate, qui non intendit se obligare nisi ad dandam rem promissam.

Not. I. Juxta multos major quantitas ad mortale requiritur in violatione promissionis gratuitæ, quam onerosæ, vel in furtis: quia minus invitus censetur promissarius, quod res gratis promissa recusat, quam si res propria & qualis valoris auferatur.

Q. 4. Ad quid obligat promissio facti alieni?

Resp. Obligat ad procurandum sincerè, & bona fide factum alterius: nam promittens factum alienum, eo ipso censetur velle se obligare ad illud procurandum: alioqui ad nihil obligaret, & nulla esset; nam non potest obligare ad ipsum factum alienum; quia ut alienum non est in promittentis potestate, & ad impossibile obligari nemo potest. *Ita Molin.* *Sanchez, De Lugo, & alii multi.*

Q. 5. An promissio facta ob causam turpem, seu opus illicitum obligat?

Resp. I. Omnis promissio, & pactio de re illicita facienda, non obligat, & nulla est jure naturali ante executionem. *Ita omnes.* quia nemo

TRACTATUS

432

nemo potest obligari ad peccandum. Quod si jurata sit, Juramentum est invalidum, cum non sit vinculum iniquitatis. Imo promissor tenetur retractare statim promissionem, ut pote iniquam, & ad peccandum allicientem.

Resp. II. Multi docent, imo De Lugo assert esse communem sententiam Theologorum, post opus malum patratum obligari promissorem ad solutionem pretii promissi, si datio, & acceptio nulla lege sit prohibita, nec irritata. **Quia 1.** Promissio matrimonii facta puella sub conditione, quod faceret sui copiam, quamvis ante copulam non obliget, postea tamen ex Justitia obligat promittentem ad servanda promissa. Quæ si non perficeret, postquam puella ex parte sua implevit conditionem, injuriam ei faceret, & inæqualitatem inter se, & illam poneret. **2.** In illis pactis intervenit duplex promissio, una absoluta faciendi rem illicitam, & hæc nunquam valet, nec obligat; altera est conditionalis, & ex suppositione conditionis positæ: sicut possum pauperi promittere, si peccavero, dabo tibi elemosynam. Quæ pactio perficitur posita conditio ne turpi, oriturque obligatio ex vi consensus ut sequentis, non ut antecedentis opus magnum. **3.** Posita conditione impletio rei promissæ non est turpis, nec enim promissum impletur ob causam turpem, sed ut fides data servetur. Quod si quis pretium promissum solvat, eo quod crimen patratum sit, tunc peccat,

quia

Quod
cum
missor
n, ut
tem.
affent
orum,
missio
tio, &
ritata
quella
piam,
team
d ser-
post-
ditio-
min-
inter-
ciendi
c ob-
posi-
pau-
nos/
ditio-
nsus
ma-
pro-
im-
ser-
sol-
ccat,
quia

quia tunc approbat peccat præteritum; sed hoc est per accidens, & ex ejus malitia: nam potest & debet solvere præcisè, ut fides data servetur, &c.

Alii verò negant tunc obligare: quia pactiones ob causam turpem in utroque jure ab solutè, & indistinctè decernuntur nullius esse momenti, nullam obligationem inducere, nullam vim habere, cap. ult. de pactis, ubi Greg. IX. ait: *etiam juxta legitimas sanctiones pactum turpe, vel rei turpis, aut impossibilis de jure vel facto, nullam obligationem inducit: & l. 26. ff. de verb. obligat. generaliter novimus turpes stipulationes nullius esse momenti: & l. 6. Cod. de pact.* *Pa-*
cta, quæ contra leges, constitutionésque, vel con-
tra bonos mores fiunt, nullam vim habere indu-
bitati juris est. item l. 5. cod. de legib. Sed priores respondent his legibus significari tales pactiones non valere ante opus patratum, neque post patratum dare actionem in foro externo: per illas autem non tolli obligationem naturalem, quæ ex promissionibus onerosis oritur.

Q. 6. Quænam promissiones secundum omnes sunt jure positivo irritæ?

Resp. Sequentes. 1. Promissiones, quæ dant occasionem peccandi, ut si alteri promittas te remissurum ei obligationem de dolo, vi, furto, injuriâ, &c. l. 27. ff. de Paß. quia hoc cederet in detrimentum boni communis. 2.

Tom. II.

Ee

Pro-